146 [*Ti. C*]laudio | [*Ti. f.*] Neroni | [*p*]ontif., pr.,[1] | . . . manus
Tarracone rep. a. 1869 (Eph. ep. 2, 325). — 1) *Praetor fuit Tiberius a. 738 (Dio 54, 19).*

---

147 Ti. Claudius Ti. f. Nero pont., cos. II, [*imp. I*]I[1], trib. potest.[2] V,[3] | Nero Claudius Ti. f. Drusus Germa[*nicus*] augur, c[*os.*], imp. . . . | murum portas turris d. [*s. p.*] f. c.
Saepini complura extabant exempla, unum extat paene integrum (IX 2443). Titulus positus jussu Tiberii non ante annum 752 (cf. infra), nomine suo et fratris defuncti a. 745. — 1) *Cf. supra N. 95. —* 2) *Tribuniciam potestatem accepit Tiberius primum a. 748 in quinquennium. —* 3) *Saxum hiat, sed deest nihil, nam trib. potestas sexta coepit cum Tiberius adoptatus ab Augusto desiit vocari Claudius Nero (a. 757).*

148

Nero Clau | dius Ti. f.
Drusus
Germ | anicus
privign | us. Augusti
s.

Romae rep. in campo Martio, ubi nunc dicitur 'piazza di Pietra' (Eph. ep. 4, 775 cf. Lanciani Bull. comun 1878 p. 15 tab. II. III). — Graecos titulos Neronis Drusi habes C. J. Att. 3, 443. Rh. Mus. 1890 p. 613.

---

149 Antonia Claudi Neronis [*Drusi Germanici*[1], | *fratris Ti.*] C[*a*]esaris [*Aug.*]
Rep. ibi ubi N. 124, semel descripta saec. superiore (IX 3663). — 1) *Intellegitur omnino Antonia uxor Drusi, Augusta dicta demum a Caligula nepote; quamquam offendit Neronis nomen gentilicio postpositum (Mo.).*

---

150 Antoniae Augustae, matri Ti. Claudi | Caesaris Augusti Germanici pontif. max., | L. Mammius Maximus p. s.
Herculanei, nunc Neapoli, in basi statuae (X 1417; Huebner ex. scr. ep. 148).

---

151 imp.[1] Caes. Augus|ti f. Augustus tri. | pot. XVI[2]. — | Asprenas[3] cos., pr. | cos., VII vir epul[*o*]|num, viam ex cast. | hibernis Tacapes | muniendam curavit. — | Leg. III Aug. | — CI . . .
In Africa inter Tacapen (hodie Gabes) et Capsam, lapis miliarius (VIII 10023; similis lapis sed mutilus VIII 10018). — 1) *Praenomen imperatoris a Tiberio recusatum nihilominus tribuitur ei in compluribus titulis provincialibus, praesertim initio imperii (cf. Mo. Staatsr. II*^{3} *769 not. 2), etiam inter annos 26 et 28 in titulo Dalmatico arch. ep. Mitth. 8 p. 110. —* 2) *Tribunicia potestate XVI Tiberius fuit ex extremo mense Iunio vel ex kalendis Iuliis (cf. ad N. 107 not. 4) anni 14 usque ad eundem diem anni 15. Hic titulus positus est post mortem divi Augusti (19 Aug. 14) et Augusti cognomen ab ipso Tiberio receptum, sed ante nuntium de consecratione Augusti, quae facta est d. 17. Sept. a. 14 (cf. fasti Amiternini; fast. Antiates), ab Asprenate acceptum. —* 3) *L. Nonius Asprenas consul suffectus fuit a. p. Chr. 6, proconsul Africae a. 14 (Tac. a. 1, 53).*

---

archive.org